

# DECISIONES

Almæ Rotæ Bononiensis,

AVCTORE ET COLLECTORE

D. CAESARE BARZIO

PATRITIO EUGVBINO

IURIVM CONSVLTO PRÆCLARISS.

PONTIFICIAE, CAESARAE QVE AV LAE COMITE, ET EQVITE;

Olim eadem in Rota, nunc verò in Ferrariensi noue instituta

Auditore & PRÆTORE integerrimo.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE,

*Inserta etiam nonnullis ab eodem alijs dum in Rotis tam Perusina, quam Lucensi, necnon in Excelsis Consilio Iustitia Serenissimi olim Ferraria Ducis publico Adfessoris munere fungeretur, non ordinata minus serie, quam noua quadam Methodo acerrimi accedente censura iudicij accuratissime dispositis, atque congestis.*

In quibus sanè non pauca in foro iudicij contentioso vt controuersæ proponi solita, & exagitari consuetæ, Testamenta, Vltimas voluntates, ab intestato Successiones, Legitimationes, Contractus, Iudicia, Municipalia etiam lura, ac Criminales demum Causas concernentes passim Quaestiones, acutissime admodum excitatæ, & disceptatæ, grauissima determinatione definiuntur.

*Decisionum singularum Epitomatibus, Summis, atq; Indice duplici, altero Argumentorum; rerum notatu & memoria dignarum altero locupletissimis, adornata.*

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTIS



CEDIT INVIDIA.

*Num. 45.*  
*Car. 5.*  
*Num. 22.*



VENETIS, Apud Damianum Zenarium. MDCIII.

BONA SOC. IESV SALM. EX DONO BICOM



SERENISSIMO  
FRANCISCO MARIAE  
II. FELTRIO, DE RVVERE  
VI. VRBINI DVCI INCLYTO.



CÆSAR BARZIVS EUGVBINVS,  
Subditus deditissimus felicitatem precatur.

**D**OSTEAQVAM Sereniss. Princeps, ego Eugubij natus,  
Romæ in celeberrimo Sacra Consistorialis Aula Aduocatorum  
Collegio in Iurisconsultorum numerum adscriptus, in eadem Ur-  
be apud Hieronymum Gabrielum, eiusdem Consistorialis Aula  
Aduocatum primarium, Amicum meum felicitis memoria,  
proiectus, & eruditus iam diu tandem Roma discessi perculsus  
infausto nuncio obitus Iulij Feltrij Cardinalis Urbini, patrii tui gloriosa memoria  
Principis, cui gerendis ea in Urbe negocijs non sine magna animi mei, illi obsequen-  
tis, alacritate, voluntatisq; sua mihi beneuola testimonio decennium, & amplius  
inseuiueram; cum deinde in varijs Magistratibus, quos Rotas appellant, & in  
Consilio Iustitiæ Sereniss. olim Ferrariæ Ducis, duorum supra viginti annorum  
spacio iuris dicendi munus exercuerim, factum est, ut cõplures Decisiones earum  
causarum collegerim, quas Clarissimorum inter quos ego assidebam, Iurisconsulto-  
rum iudicio, contingebat dissiniri. Quamuis verò ab initio nihil minus cogitauerim,  
quam illas in lucem edere, tamen amicorum non modo persuasio, sed et iam  
impulsus, additis Typographorum precibus, hanc mihi in mentem cogitationem in-  
iecerunt, qua sensim inualescens, Opus ipsum peperit, cuius in editione vsu receptam  
consuetudinem obseruaturus, illud insigni alicui Viro, siue Principi dedicandi, cui  
ius sub felici auspicio, & protectione conquiesceret, in eo scopo attingendo non mul-

# DECISIONES

## CAUSARVM

### ALMAE ROTAE BONONIENSIS

Authore, & Collectore

D. CÆSARE BARZIO,

NOBILI EVGVBINO,

I. V. G. PRÆGLARISSIMO, PONTIFICIÆ,

Cæsareæque Aulæ Comite, & Equite.

#### Decisio I.

#### ARGVMENTVM.

Substitutionem reciprocã a testatore inter omnes eius descendentes inductã esse, quibus medijs, ac coniecturis probetur.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Fideicommissum petens, id probare debet, & in eum casum, qui existit, se fuisse vocatũ.
- 2 Substitutionem reciprocã ad inducendam, tria requiruntur, de quibus ibi.
- 3 Fideicommissum reciprocum non censi in de etiam, quando substitutio est facta ultimo testatorum in conditione non autem vocatorum, consueverunt nonnulli.
- 4 Descendentes in conditione positi, & grauati, dicuntur etiam honorati, & vocati.
- 5 Et hanc dicitur esse communem opinionem.
- 6 Et cum Rotam Bonon. sequentem fuisse etiam in alia causa.
- 7 Alienationis per prohibitionem, fideicommissum in casu alienationis inductum censi.
- 8 Fideicommissum (quando testator decedentibus eius descendentes de uno in alium plures fecit substitutiones) inductum censeatur nedum in casu alienationis sed etiam mortis.
- 9 Fideicommissum absolutum, etiam in casu mor-

- 10 Alienationis prohibitio cum expressione huius cause, quia voluit bona perpetuo permanere in agnatione, fideicommissum reciprocum inter omnes ex ea agnatione descendentes inducit, censeturq; ij omnes inuicem ad restituendum grauati.
- 11 Verba illa vniversalia: omnia bona, & sua hereditatis, referuntur ad testatoris bona vniversaliter, & absolutum inducunt fideicommissum.
- 12 Verbis, Prout supra, verò, & propriè intelligitur expressum, & relatum id omne, quod in releta dispositione continetur.
- 13 Verbum: Descendentes, perpetuitatem denotat, estq; tam latum, ut omnes posteros in infinitum complectatur.
- 14 Descendentium appellatione in fideicommissis veniant omnes ascendentes in infinitum.
- 15 Alienationis prohibitionis causa, præcipua est bona conservanda in agnatione.
- 16 Alienationis per prohibitionem non dicitur prohibita hæredis institutionem, voluerunt nonnulli.
- 17 Contraria tamen opinio est communis.
- 18 Alienationis prohibitio dicitur realis quando testator voluit bona in familia remanere.
- 19 Et hæc prohibitio omnem alienationem comprehendit, & omnis ille, qui rem possidet, dicitur fideicommissõ grauatus.
- 20 Et hoc maxime procedit quando in prohibita



# ALMAE ROTAE BONONIENSIS CONSILIVM.

## ARGVMENTVM.

Institutionem factam de filio, quem quis a se spurium genitum esse credebat, adhibita etiam illa cautela: Siue sit, siue non sit filius, & facultate curandi legitimum reddi, si probetur eum vere non esse instituentis filium, infirmari; ac legitimacione, etiam ex causa sequuta, omne robur amittere.

Institutione huiusmodi caduca effecta, an res ad causam intestati redigatur; an vero substituti sint ad hereditatem admittendi.

Instituto, & primo loco substitutis, incapacibus, adhuc viuentibus, num secundo loco substituti statim, an post illorum mortem, hereditatem consequantur.

## S P M M A R I V M.

- 1 Spurius cuiuscumque successionis est incapax, siue ex testamento, siue ab intestato.
- 2 Et nec nomine alimntorum potest ei aliquid relinqui.
- 3 Spurius, an quis sit, ex eius confessione probatur.
- 4 Institutio facta de illegitimo filio valet, quando facta est sub conditione: cum capax erit, data ei facultate curandi se legitimum reddi.
- 5 Et tunc ant: quam ipse institutus, legitimetur datur bonis curator.
- 6 Legitimatio sui illegitimi filij quando fuit a testatore decreta, potest a iudice terminus curator bonorum praefigi ad curandum, vt legitimacionis conditio impleatur.
- 7 Et hac est cautela tutissima ab omnibus recepta.
- 8 Legitimatio quando a testatore est decreta, quamuis post illius mortem fiat, retrotrahitur ad tempus institutionis, & legitimatus hereditatem capit de manu ab intestato venientium, quia illo medio tempore inter testatoris mortem, ac legitimacionem sequutam apud eos dicitur stetisse in suspensa.
- 9 Legitimare potest Princeps in ditione sua illegitimos filios ad bona, praesertim in eius ditione posita.
- 10 Dux Ferraria in sua ditione potest quicquid Imperator in vniuerso.
- 11 Filiatio est difficillima probationis.
- 12 Filiatio non aliter, quam praesumptionibus, & coniecturis probari potest.
- 13 Filiatio probatur ex nominatione patris.
- 14 Praesertim qñ est facta principaliter, non accidentaliter, & in actu, qui magis filio conuenit, quã extraneo.

- 15 Filiatio probatur ex relicto alimentorum.
  - 16 Filiorum educatio est iuris naturalis.
  - 17 Filij etiam si non sint vnquam cogniti, amandi.
  - 18 Filij filiorum sunt tanquam filij.
  - 19 Filiatio probatur quando est data a testatore facultas impetrandi ius legitimorum filiorum.
  - 20 Filiatio ex institutione probatur.
  - 21 Pater, & filius vna, & eadem persona censentur.
  - 22 Institutionis filiorum causa finalis dicitur filiatio.
  - 23 Causa finalis dispositionis dicitur ea, sine qua quis non fuisset actum gesturus.
  - 24 Causa impulsiva, cum vere non sit causa, nulla est habenda ratio.
  - 25 Institutionis causa impulsiva cessante, non cessat institutio.
  - 26 Clara vbi sunt verba, non est opus coniecturis.
  - 27 Praesumptio veritati cedit.
  - 28 Praesumptio vnde dicatur.
  - 29 Causa finalis qua dicatur.
  - 30 Institutio facta de aliquo, qui credebat a testatore filius, additis illis verbis: siue sit filius, siue non, etiam si eum non esse filium postea appareat, omnino valet: contrarium num. 38.
  - 31 Institutionem vitiat error testatoris in causa finali, exempla ibidem.
  - 32 Causa finalis dicitur illa, sine qua quis actum, quem gessit, non gessisset.
  - 33 Institutentem aliquem vt filium, praesumitur si filium non esse nonisset, non fuisse illum instituturum.
  - 34 Causam finalem institutionis satis est colligi ex coniecturata testatoris mente.
  - 35 Contractus, & vltimo voluntatis differentia.
  - 36 Causa finalis illa est praesumenda, quae secundum iuris rationem esse debet.
  - 37 Causa finalis error remouet voluntatem ab actu.
  - 38 Institutio facta de aliquo, uti filio, quem non esse filium appareat, inualida redditur.
  - 39 Institutionis causa cessante, cessat institutio.
  - 40 Praesumptio iuris in materia filiationis, loco liquidissimae probationis habetur.
  - 41 Filium legitimum, & naturalem quem esse, non potest melius probari, quam si probetur ex uxore in domo natum.
  - 42 Filius natus in domo ex uxore cohabitante cum ea marito, mariti praesumitur.
  - 43 Filius quando contracto matrimonio, vicinis scientibus, in domo natus est, non potest amplius tanquam alienus recusari.
  - 44 Filius praesumitur potius mariti, quam adulteri, licet mulier interim cum adultero consuetudinem habuerit, & num. 46.
- Etiam si esset meretrix, nu. 48.
- Etiam si extra domum pepererit, dummodo liber aditus pateret marito, num. 47.
- Etiam si ipsa asserat no mariti, sed adulteri filium esse, n. 51.
- Matri-

**R E G I S T R V M.**

**a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z!**

**Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq ✕† Rr  
Ss Tt Vv Xx Yy Zz.**

**Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn  
Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vvu Xxx Yyy Zzz. Aaaa.**

**Omnes sunt Terniones, præter Y Z ✕† qui sunt Quaterniones;**

**VENETIIS, MDCIII.**